

impedendum sit laboris, ac industria ad veras divitias comparandas.

370. Deus ad celestia invitatur, non ob suam, sed nostram utilitatem. Albert.

371. Secundò, non tantùm ait Christus suadeo tibi emere aurum, sed ait suadeo tibi emere à me. Cur exprimit illud à me? Quia omnes nostræ vires, ac aptitudo ad sapientiam, ac divina dona comparanda non à nobis, sed à Deo proveniunt. In avium sacroificio disponebat lex, ut sacerdos confringeret ascellas ejus, Levit. 1. n. 17. Quo facto innuebat, quòd in rebus divinis acquirendis, & sercandis, nihil nostris viribus, nihil nostri ingenii acuminis tribuendum, sed totum divino muneri referendum, ab eo enim, & non à nobis veniunt alia ad volandum in his. Radalplus, Ascella, ait, sunt frangenda, id est, cogitationis divina profectu omnis presumptio reprimenda, ut virtutem contemplandi nemo sibi tribuat.

371. Omnes nostrum bonum non nobis, sed Deo referendum

Levit. 1.

Cruce apotheca divina dilectionis.

372. Tertiò, suadeo tibi emere à me aurum ignitum, Mercator celestis Christus D. merces ejus aurum ignitum; venditur Episcopo Laodicensi, & in eo omnibus; restat modò inquirendum, in quo loco, in qua officina, hæc amoris merces venditur, & si approbata amoris est una certa, & determinata, quomodo ad illam poterunt pervenire ceci, claudi, debiles, ac gravidae? Hæc officina amoris divini est crux Christi, ad quam si quis mente accedat, necesse est ut divino amore ardeat, & omnibus celestibus divitiis locupletetur D. Bernard. Senens. citatus in exord. quat. Vis, te doceam, ait, reperire amoris locum, optas per iter obviare illi, vade ad figuram crucis; ibi venditur amor, nullibi aliàs est forum ejus; inira hanc apothecam, adest anima contemplare magnitudinem, longitudinem, latitudinem, altitudinem, & profunditatem hujus mercature amoris: Deus charitas est in cruce cum Magdalena, anima mea amplectere crucem, dicare cum ea, quia dilata est ibidem illa.

372.

D. Bernard.

373. Christus suadet, & non urget imperio.

D. Chryl.

Seneca.

374.

Gen. 47.

Ultimò tandem, profundè, & altè considera Christi mansuetudinem, ac humilitatem, cum esset triumphans in cœlis, non cogit imperio, nec rigidè compellit, sed leniter ac suaviter consiliis agit: non ait, jubeo, sed suadeo. Per bellè D. Chyostom. homil. 56. in Math. Sicut, ait, qui vim affert, plerumque avertit; sic, qui liberos audientes constituit, multò magis attrahit: potentior enim est oratio mitis, quam violentia. Nam imperio sæpè voluntas offenditur, ut tenuat mandata; suavi admonitione facilè attrahitur, ut promptè adimpleat designata; nam ut benè dixit Seneca lib. 1. de clementia, ic. 24. Remissi imperant melius perant. Nam generosi, ac nobiles equi, facili fræno, quam duro melius reguntur.

Ex quo benè sanctus Iacob appropinquans morti, vocavit filium suum Ioseph, & dixit ei, Si inveni gratiam in conspectu tuo, facies mihi misericordiam, & veritatem, ut non sepelias me in Egypto. Gen. 47. num. 29. Bonus Jacob dile-

ctissimo filio suo Ioseph, quem ad obediendum promptissimum noverat, non imperavit, ut se in terra promissionis sepeliret; non petiit quocumque modo, sed per gratiam & misericordiam: sciebat vehementiùs voluntatem allici humili supplicatiōe, quam arroganti imperio. D. Hieron. Epistol. 62. ad Theophylum. Cito, ait, indignatur libertas, si opprimitur. Nemo plus impetrat à libero, quam qui servire non cogit.

Bonus Prælati non urget imperio, sed sollicitas precibus. D. Hieron.

Hæc imperandi modestia Christus D. utebatur, cum enim ascenderet Simonis navim, rogavit eum, à terra reducere pusillum, Luc. 5. num. 3. Christus supremus omnium Dominus non utitur jure suo imperandi, sed rogationes adhibet; ut promptius Petrus exequatur id quod necessarium, & conveniens erat, Theophylact. Vide, ait, Christi mansuetudinem, quomodo observat Petrum, ut à terra abducat; vide quomodo Petrus morigerus fuerit; ita ut homini, quem non viderat, in omnibus obedierit. Ac si illa Christi D. non imperandi subtilitas, sed humilitas rogandi, facilem à D. Petro obedientiam impetraverit.

375. Luc. 5. Christus non semper imperat, sed aliquando rogat. Theophyl.

Hanc humanitatem, ac suavitatem in sua gubernatione maximè decantat Sapiens in Deo Sap. 12. num. 18. Tu autem Dominator virtutis cum tranquillitate iudicas, & cum magna reverentia disponis nos. Isidorus Clarus. Gubernas nos: & ait, cum magna reverentia, explicat Lorinus, cum multa gratia, ac benignitate, qua ipse supremus gubernator, omnia fortiter, & suaviter disponit: unde illos Pastores, qui secus faciunt, objugat & terret, apud Ezechiel. 34. num. 4. Cum austeritate imperabitis, & cum potentia.

376. Sab 12. Isidor. Lorinus. Deus suos subditos revereatur.

QUESTIO XLIII.

Quo pretio hoc aurum ignitum, & probatum emendum erat ab hoc Episcopo Laodicensi; cum ipse aliàs esset pauper, & nudus?

Difficultas quæstionis est in promptu, ait Christus Dominus huic Episcopo, Suadeo tibi emere à me aurum ignitum, & probatum, Quo pretio tale aurum emendum erat ab Episcopo? Ipse enim Christi testimonio vers. 16. dicitur miser, miserabilis, pauper, & nudus. Deinde si per hoc aurum intelliguntur celestia dona, de his ait Isaias 55. num. 1. Omnes sitientes venite ad aquas, & qui non habetis argentum, properate, emite, & comedite; venite, emite absque argento, & absque ulla commutatione vinum, & lac. Quodnam ergo est hoc pretium ad hanc emptionem.

377. Difficultas quæstionis.

Isai. 55.

378.

Respondeo primò, & genuinè ad litteram, quòd dupliciter potest homo considerari, vel prout est in statu peccati, vel in statu gratiæ; si in statu peccati mortalis, ut erat hic Episcopus, tunc non potest aurum ignitum & probatum divinæ gratiæ ac charitatis emi, Cum comparari merito de condigno. Nam prima gratia non cadit sub merito de condigno juxta illud Pauli

Pauli Rom. 1. n. 6. Si autem gratia, jam non ex operibus; alioquin gratia jam non est. Potest tamen comparari. & emi merito de congruo, & dispositivè per actus fidei, spei poenitentia, & religionis; congruum est, ut cum homo faciat, quod in se est, Deus conferat gratiam; & tales dispositiones sunt pretia, quibus magno labore, deo auxiliante, emitur seu comparatur hæc gratia. si autem homo consideretur secundo modo, in gratia nempe, ac habens gratiam justificationem, tunc operibus suis potest mereri augmentum gratiæ, ac cæterorum donorum, ut late probant Theologi cum Magistro in 3. dist. 27. & 28. & cum D. Thom. 1. 2. q. 114 art. 8 & sic explicat Ioach. mus Abbas, Dat Deus gratiam pro gratia. Ioan. 1. n. 26. Negotiamur ergo cum minore dei gratiâ, ut majorem emamus, & comparemus. Alias expositiones morales proferamus.

Rom. 11.

In iusto propreti actus ad augmentum.

Ioach. D. Anbr.

379. D. Ambr. ros.

Christus suo sanguine nobis salutem comparavit.

380. Ansbert.

Imitatione, ac contemplatione Passionis Christi.

Nostrum desiderium salutaris pro magno pretio recuperat Deus.

Isai. 55.

gento, ac commutatione? Hoc videtur repugnare cum ipsa ratione formali emptionis. Vide quos vocat sitientes, appetentes scilicet, ac desiderantes; ipsa sitis appetitio, ac desiderium est ei pro magno pretio, ac commutatione, qui nihil aliud à nobis exigit, quam voluntatem. Clem. Alexand. in exhortatione ad gentes: Omnes sitientes, ait, venite ad aquas: Abhortatur, ait, ad lavacrum, ad salutem, ad illuminationem properandam clamans, dicens: do tibi fili terram, mare, cœlum, solummodo ò fili Patrem scias, Deus tibi gratis ostenditur.

Deus solam nostram voluntatem à nobis quarit.

Clem. Alex.

381.

Quartò, aurum ignitum est sapientia charitate inflammata ut multi dicunt; quo ergo pretio comparabitur, cum Job dicat 28. num. 1. Non dabitur aurum obrizum, id est purum, pro ea, nec appendetur argentum in commutatione ejus; Cum ergo pretium ejus sit inestimabile, quo pretio à nobis comparabitur? Timotee nempe Domini. D. Ambros. hoc loco: Quia is, qui sapientiam possidere incipit, qui pro ea pretium inchoat; pretium autem ejus est timor Domini. O ingens Dei liberalitas, ac infinita magnificentia! quòd idem sit, quòd offerat homo initium pretii, ac quòd ille totum donum à Deo accipiat; si incipit timere, jam sapientia à Deo numeratur, cum dicat Job citatus num. 28. Timor Domini ipsa est sapientia.

Timor Domini pretium, ac initium sapientia.

Job. 18.

Quintò, Albertus Magn. Suadeo tibi; id est, ad tuam utilitatem emere. Hoc dicit contra illos, qui pro nihilo volunt habere aurum ignitum, id est, regnum cœlorum, hoc emitur per paupertatem. Beati pauperes spiritu, quoniam ipsorum est regnum cœlorum. Matth. 5. num. 2. Augustin. Venale habeo, quid? regnum cœlorum: quo emitur? paupertate. Paupertas pretium regni cœlorum est. Sextò D. Augustin. homil. 3. in Apocalyp. consilium tibi do, ait, ut emas aurum tibi, ut locuples fias, elemosynas faciendo, & actibus bonis insistendo ipse efficiaris aurum, Aurum efficitur, qui aurum contemnit, dum elargitur in pauperes, hoc beneficentia aurum efficitur homo ad regnum cœlorum comparandum.

383. Albert.

Paupertate comparatur regnum cœlorum. Matth. 5. D. August.

Elemosynis regnum cœlorum comparatur.

Septimò, Idem D. Augustin. Emè aurum, id est, conende, ut pro nomine Christi aliqua pariaris. Richardus à S. Laurentio, lib. 1. de laudibus Virg. tit. Christus est infitor, Suadeo, ait, tibi ad utilitatem tuam emere per conatum liberi arbitrii, vel emere, id est multo corporis, & animæ labore acquirere à me aurum ignitum. Per labores, mortificationes, ac poenitentiam regnum cœlorum comparatur. Inde Ioannes clamabat Matth. 3. n. 2. Poenitentiam agite, appropinquavit regnum cœlorum; Moneta enim ad regnum cœlorum comparandum poenitentia est.

384. D. August.

Labore, ac poenitentia emitur regnum cœlorum.

Matth. 3.

Octavò, Rupertus. Hoc aurum eme, ait, pretio pia confessionis. D. Bernard Senens. tom. 2. qui est de Evangelio Aeterno, feria 4. in die Cinerum, artic. 3. cap. 4. In hac emptione, ait, considera anima mea, quid damus, & quid recipimus: demus Deo humilem confessionem, ut recognoscamus, & confiteamur omnia mala ex nobis esse, omnia vero bona nostra ex Deo: Confiteamur sacerdoti scelera nostra, ipse enim recipit denarios Dei, sibi solvuntur cum peccata illi sunt presentur peccatores. Peccata igitur confessâ sunt pretium divina dilectionis. Recipimus verò à Deo gratiam, & omnia cœlestia dona: quòd latè pergit explicando ipse Bernardus, omnia dona

385. Rupertus. D. Bernard.

Y donâ



Cum peccatorum confessione acquiratur omnino celestis donum.

186. Iai 5.

Ubi est confessio ibi est vita, & salus.

D. Basil.

387.

Gen 4. Septuag.

2. Reg. 1.

Umbra confessionis liberat a maledictione.

D. August.

dona sive corporalia, sive spiritualia; quo ergo pretio, quod non sit ipsius Dei hoc aurum ignitum comparandum est nobis; Nam facile dici potest, hoc acquisitum est non ex tuis, sed ex meis denariis, Quae autem nostra sunt, nonne peccata? Illis ergo emendum est hoc aurum prout inspirante Dei auxilio in confessione aperiantur: hac ergo confessione comparatur aurum ignitum gratiae, charitatis, ac omnium caelestium donorum.

Ante divinum solium stat Iaias, & in se reversus clamat cap. 6. n. 5. *Va mihi, quia tacui, quia vir pollutus labiis ego sum, & in medio populi pollutus labia habentis, & habito.* Et post haec verba statim volavit ad eum unus Seraphim, & cum calculo ignito de altari terigit labia eius, dicens: *Ecce terigi hoc labia tua, & auferetur iniquitas tua, & peccatum tuum mundabitur.* Propheta testatur se habere immunda labia, & hoc similiter de populo affirmavit: mitti ut Angelus ad Propheta labia expurganda? & cur non mittitur etiam, ut populi labia expurgeret; cum Propheta labia, ac populi aequè dicantur immunda; Cur ergo mundities labiorum solum Prophetae conceditur, & non populo; Propheta suam immunditiam confitebatur gemens, *Va mihi quia tacui, quia vir pollutus labiis ego sum.* Populus autem nec verbum facit de immunditia sua; idem iste despiciatur & relinquitur in malis suis, qui nec agnoscit, nec confitetur peccatum. Propheta autem, ut suam immunditiam animi compunctone confessus est, à Deo sic extollitur, ut vitam, ac gratiam accipiat. D. Basilii ibidem. *Propheta indulta est gratia indulgentia, perque unum è Seraphim labiorum expurgatio populo autem nihil simile concessum est. Neque enim consimilis affectus tangebatur utrosque, prophetam, & populum; illius cor quidem compunctum proprium agnovit peccatum, quare & dixit, O me miserum, quia compunctus sum. Illorum autem cor incrassatum erat ad id, ut ne eorum, quae inique gesserat, ullam in se reciperet considerationem.*

Impio Caino ait Deus: *Nunc igitur maledictus eris super terram, qua aperuit os suum, & suscepit sanguinem fratris tui.* Genes. 4. numero 10 Graeci iuxta Septuaginta sic verba legunt: *Maledictus tu à terra, qua aperuit os suum.* In sanctissimi Abelis morte maledicitur fratribus Cain à terra, non verò ipsa terra maledicitur: in Saulis autem morte ipsa montium terra maledictioni subicitur à Davide 2. Reg. 1. num. 21. *Monte Gelboe, nec ros nec pluvia veniant super vos.* Si ergo in Saulis morte montium terra maledicitur, cur similiter in Abelis morte eadem maledictione non percutitur terra; forsitan inferior fuit Abelis caedes, quam Saulis; Minime: pro defensione terrae in morte Abel, rationem indicat textus, *qua aperuit os suum.* Non sicut in morte Abelis, sed aperuit os suum, & clamavit facinus perpetratum, & idè ipsa apertione oris, ac clamore in umbram, & figuram confessionis peccatorum, ipsam Divinam iram, ac maledictionem declinavit. Ad hoc respicit D. Augustinus lib. 12. contra Faustum cap. 11. *Ubi expendit scel citatem peccata contentium. Non dixit, ait, maledicta terra; sed maledictus tu à terra, qua aperuit os suum: maledictus est enim populus Iudaicus infidelis terra, id est, ab Ecclesia qua aperuit os suum in confessione peccatorum, accipere sanguinem Christi qui effusus est in remissionem, &c. Illa siquidem Ecclesia à maledictione se eripit, & evolat ad vitam, qua aperuit os suum peccata sua confessa, de Iesu sanguine salutis poculum accepit.*

delis terra, id est, ab Ecclesia qua aperuit os suum in confessione peccatorum, accipere sanguinem Christi qui effusus est in remissionem, &c. Illa siquidem Ecclesia à maledictione se eripit, & evolat ad vitam, qua aperuit os suum peccata sua confessa, de Iesu sanguine salutis poculum accepit.

QUESTIO XLIV.

Quidnam sit hoc aurum ignitum, & probatum? & quid significet, quod tantis commendatur ad emendum?

Multis suadet Dominus, & consultat huic Episcopo, à se emere aurum ignitum & probatum, & quomodo hoc potest coherere cum his, quae dominus suis dicebat discipulis: *Nolite possidere aurum, neque argentum, Math. 12. num. 9.* Quomodo ergo tantis promissis exhortatur Episcopum ad emendum aurum? Imprimis aurum hic non sumitur pro ipso auro materiali, sed pro eius significato. Deinde aurum flante mundi aura, tanquam pestifero aere inquinatum, exitiale: at è manu domini, ex quo omne bonum exhalatur, salutariter cum omni virtutis odore. Aretas: *Si vis locuples fieri, veras à me divitias emito, qui manentibus divitiis locuple tare novi.*

Et hoc aurum ignitum ad emendum proponit dominus spe lucri, ut locuples fiat. Cognovit hic mercator, nempe Christus D. animos mortalium maxime intuitu lucri ac propriae utilitatis allici, ac moveri. D. Bernard. citat. superiori quaest. *Ubi locuples fieri; si emis de ista mercatura, tu efficietis immediate dives.* Tota quaestio est, quid hic per aurum ignitum, & probatum intelligatur?

Primo multi per aurum ignitum, & probatum intelligunt sapientiam, non Philosophorum, sed veram, & iustorum, quae est sicut *ibisaurus desiderabilis in ore sapientis*, ut dicitur Proverb. 21. num. 20. quod valde diversimodè explicatur. Primum, D. Gregor. 4. Moral. 35.

*Quia sicut auro temporalia, ita sapientia bona aeterna mercantur.* Secundò, hoc aurum non dicitur quodcumque aurum, sed ignitum: quia sapientia mentes eorum, in quibus habitat, incendit, & inflamat in amore Dei, & proximi Ita Ambros. Andreas Casariens. Primas. & Rupertus, qui sic ait: *Em a me aurum sapientia, ignitum ex charitate, probatum ex fide, per charitatem operant.* Unde dicitur Psalm. 18. num. 140. *Ignitum eloquium tuum vehementer.* Tertio, Lyranus Aurum ignitum, quia vera sapientia debet esse plena igne charitatis, ut ejus flamma noxios jactantiae flatus extinguat, & removet. Ait Paulus 1. Corinth. 8. numero 1. *Scientia inflat, charitas verò edificat.* Scientia inflat, parit proximorum contemptum; charitas aedificat, quia pro eorum salute est sollicita, ut eos aedificet, & plantet in fide. D. Augustinus serm. 53. de verbis domini Scientia, ait, *si sola sis, inflat: quae verò charitas aedificat, non perimit scientiam inflari.* Ubi

388.

Math. 11

Divitia è mundo nociva, è manu Dei frugifera.

Aretas.

389.

Intuitu lucri homines moventur.

D. Greg.

Vera sapientia inflamat mentem.

D. Ambros.

Andr. Casariens.

Primas.

Rupertus.

Lyran.

Scientia sine charitate nociva.

D. August.

Ubi

Ubi ergo inflat, ibi charitas non aedificat, ubi autem aedificat, solida est.

391. Richard de S. Laurent

Threnor: Fides sine charitate aurum obsequium, cum illa aurum fulgens.

392. Ticoni.

Sap. 3.

Iusti tantum aurum probantur in martyrio.

393. Alb. Mag.

Cant. 3.

Haymo.

D. Cyprian.

Menoch.

D. Bonav.

Christus in Eucharistia non dicitur immortalitate.

Secundò, Richardus à S. Laurentio lib. 11. de laudibus Mariae, tit. Christus est inferior sic ait, *Hoc aurum nempe fides, debet esse ignitum per charitatem, probatum per tribulationem; & hoc aurum emittit pretio desiderii, & bonorum operum ex reatu.* Hoc aurum è fides; iuxta illud Threnor. 4. n. 1. *Quomodo obscuratum est aurum.* Tunc fides obscuratur, quando est sine vera charitate, quando verò cum illa, tunc ignita, fulgens, & nitens; fides sine charitate, ac operibus aurum obsequium, cum charitate ac operibus aurum resplendens & fulgens.

Tertio, Ticonius ait. *Consummatio dicitur, ut emas aurum ignitum, ut locuples fiat, id est à Deo accipias intellectum; ut per bonam conversationem merearis martyrium.* Praefatus Auctor per hoc aurum intelligit Martyrium, iuxta illud Sap. 3. num. 6. *Tanquam aurum in fornace probavit illos, & quasi holocausti hostiam accepit illos.* Sicut aurum purissimum igne probatur, & expurgatur, ut omnem mixturam inferioris metalli à se abiciat, & excludat, quod optime quadrat sanctis Martyribus, qui in igne tribulationum sic probantur, ac expurgantur, ut omnis conditio terreni affectus ab eis eliminetur, ut tanquam puri spiritus inveniantur, & sicut aurum ad lapidem lydium probatur: sic in martyrio iusti ad lapidem vivum Christum fideles probantur in omni virtute, & sanctitate.

Quarto, Albertus Magnus sic ait: *Suadeo tibi, id est, ad tuam utilitatem emere. Hoc dicit contra illos, qui pro nihilo volunt habere aurum ignitum, id est, regnum caelorum.* Per hoc aurum ignitum, & probatum per omnem tribulationem intelligit sapientissimus Doctor regnum caelorum iuxta illud Cantic. 3. numer. 9. *Perculum fecit sibi rex Salomon: reclinatorium aurum: ferculum aureum est beatitudo, in qua iusti in aeternum requiescunt in unione, ac charitate e dei.*

Quinto, multi per hoc aurum intelligunt Christum d. Interlineal. *Suadeo tibi emere a me aurum, id est, me ipsum ignitum in igne possum ignitum.* Quod diversimodè explicatur: Haymo intelligit Christum Passionis igne inflammatum, quem emimus, dum cum in tamae, ejus vestigia sequimur in mansuetudine, patientia, & charitate. Alii, ut dixit tom. 4 in Evangel. lib. 7. cap. 8. quaest. 30. num. 202. interpretantur sacram Eucharistiam: nam Christus in hoc divino sacramento aurum est, quod maxime dicitur, & locuple atur anima nostra. Deinde Cyprianus, Menoch. explicant istud Cantic. 5. num. 11. *Caput ejus aurum optimum: quod de Christo est dictum: ut planum est apud omnes: sic ait, Sponsus ingenuum, & naturam auri refert. Aurum nullis visibus deturitur, nam si hodie Christum in tuos usus transferas, & cras, perinde semper tibi manet.* Quod optime convenit Eucharistiae: *Sumit unus, sumunt mille, quantum isti tantum ille, nec sumptus consumitur.* Dicitur hoc aurum ignitum. Quia sacra Eucharistia torporem excludit, & maxime animam in dei amore incendit, & inflamat, ut statim dicam: Dicitur probatum; quia maxime probatum est in the-

sauro divinae charitatis, in eo ostendit Christus divitias sui amoris; & qui hoc divino pabulo reficitur, induitur stola alba immortalitatis; pro quo vide supra cap. 6. quaest. 23. num. 176. & quaest. 51. num. 409. 390. 391. & collyrio ungit, oculos suos, ut habeat intelligentiam, & cognitionem omnium divinorum mysteriorum. Vide cap. 2. q. 48. n. 371. & q. 52. num. 394.

Sacra Eucharistia ignis est inflammans, & accendens humana corda in Dei amorem; pro quo elegantissime dixit D. Bonav. opuscul de Sacramento de hac divina Eucharistia, *Mel in ore, & ignis in corde, & non sentis calorem nec gulas aulicidinem, sicut ignis est.* Quid elegantius? D. Chrysolom. de sanct. Phyllog. apud Lyppon. 20. Decembr. *An nescit quia quod hac mensa plena est igne spirituali? nam quemadmodum aqua vi exundant: ita hac flammam habet arcanam.*

Dum sacerdos in Canone Missae celebrat, & sacra mysteria corporis, ac sanguinis Christi conficit, sic similiter deprecatur. *Supra quae opinio ac sereno vultu respicere digneris, & accepta habere, sicut accepta habere dignatus es munera pueri tui iusti Abel.* Cur quando agitur de acceptatione hujus admirabilis sacrificii potius sit mentio de sacrificio Abel, quam aliorum, quorum sacrificia multis signis, ac promissionibus datis inveniuntur accepta Deo, ut sacrificium Noè, cujus odore Dominus odoratus promisit, *Nequaquam ultra maledicam terram.* Genes. 8. num. 21. Vel ut sacrificium Abra-

hae, in cuius signum dicitur ei Gen. 22. n. 18. *Benedicentur in semine tuo omnes gentes.* Vel ut sacrificium Salomonis, quod tantis promissionibus de stabilitate regni est remuneratum 3. Reg. 9. numero 2. Cur ergo solum de sacrificio Abel sit mentio? Cum Abel offerret suum sacrificium Deo, dicitur Gen. 4. num. 5. *Respexit Dominus ad Abel, & ad munera eius.* Theodol. legit *Inflammati Dominus super Abel, & super sacrificium ejus.* In hoc declaratur sacrificium Abel fuisse Deo acceptum, cum ignis descendens de caelo non solum inflammavit ipsum sacrificium, sed etiam ipsum Abel in amore, ac obsequio Dei: sacrificium altaris, quando digne ac convenienti dispositione, ac preparatione celebratur, ignis spiritus sancti descendens super ipsum sacrificium super Christum immolatum, ac ipsum sacerdotem celebrantem, & altantes flagrare, ac ardere facit in suo amore, ac obsequio ut ex quo ait D. Ephrem in natali Domini. *Ignis immortalis sunt mysteria Christi.*

QUESTIO XLV.

Circa aurum ignitum, & probatum ponitur sexta, & genuina interpretatio de charitate.

Extò, Communis & genuina sententia est Divi Brunonis Alstensis, Ansberti, Bedae, Richardi, Hugonis, Bruno, ac Recentiorum, Viegas, Cornelli, & aliorum

395.

Bonav.

396.

Gen. 7.

Gen. 22.

3. Reg. 9.

Gen. 4.

Theod.

D. Ephr.

397.

Bruno.